

contrahere oportuit regularium cum cura, & sine cura in dicto Dominio existentium a Ven. Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & dilectis filiis Electis, Administratoribus, Commendatariis, Abbatibus, Prioribus, Praepositis, Praelatis, Capitulis, Conventibus, ceterisque personis Ecclesiasticis Secularibus, & Regularibus quibuscumque tam non exemptis, quam quomodolibet exemptis, & quantumvis privilegiatis etiam S. R. E. Cardinalibus, necnon S. Benedicti, S. Augustini, Cisterciensium, Cluniacensium, Praemonstratensium, Carthusiensium, Camaldulensium, Montis Oliveti, Vallis Umbrosae Monachorum, Eremitarum S. Hieronymi, & quorumcumque aliorum Ordinum necnon Cassinensium, alias S. Justinae, S. Salvatoris, & Lateranensium, aliarumque Congregationum, tam virorum, quam mulierum, etiam mendicantium ex privilegio, & alias bona immobilia, seu certos redditus quoquo modo Ecclesiasticos habentium in Dominio praedicto Ecclesias, Monasteria, & alia Beneficia Ecclesiastica obtinentium, & fructus Ecclesiarum, Monasteriorum, & Beneficiorum hujusmodi, necnon pensiones annuas quantumcumque exemptas, & sub quibusvis obligationibus etiam in forma Camerae Apostolicae, & juramento, etiam cum susceptione censurarum, & de non contraveniendo, ac etiam fortasse de non impetrando gratias nostras contra eos, & concessis non utendo vallatis, & forsitan aliis etiam efficacioribus cautelis, & decretis, ac clausulis super iisdem fructibus, & pensionibus, etiam medio cedularum banchi, seu in forma Depositum habentibus, & intra praesentem annum habituris quoscumque praerogativa, status, gradus, ordinis, & conditionis etiam religionis, vel militiae existant, quibus, aut quorum aliquibus ulla privilegia, exemptiones, aut indulta sub quacumque verborum forma, & expressione concessa quoad hoc nullatenus suffragari posse volumus, fratribus, & personis dicti Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani in totum, & omnino, ceteris vero Hospitalibus hospitalitatem actu servantibus pro ea quantitate tantum, quam in servanda ipsa hospitalitate exponunt, dumtaxat exceptis, & dummodo a personis Ordinum Mendicantium non nisi medietas ejus partis, quae ratione subsidii hujusmodi ab eis solvenda esset, solum exigatur, proportionabiliter, & aequaliter juxta verum valorem praedictum inter praedictas personas Ecclesiasticas secundum aequalem, & discretam partitionem, quam ad Nos quamprimum mitti mandamus per Ven. Fratres Jacobum Archiepiscopum Athenarum Nuncium nostrum, & Patriarcham Venetiarum distribuendum, ac in locis, & terminis, modisque, & formis per ipsos Jacobum Archiepiscopum Nuncium, & Patriarcham, quos Collectores Generales subsidii hujusmodi harum serie constituimus, & deputamus, statuemus, ordinamus, & declaramus omnino de praesenti anno perfol-

ven., ac per eos, & eorum subcollectores, qui sint personae Ecclesiasticae ad hoc ab ipsis deputandos percipientes, exigentes, & levantes, ac Duci, & Dominio praedictis cum effectu consignantes, ut illud in expensis necessarias contra dictos Turcas, & non in alios usus convertere valeant, Apostolica auctoritate, tenore praesentium imponimus, impositumque fore, & esse decernimus, & declaramus.
§.2. Necnon eisdem Collectoribus Generalibus, & ab eis deputandis Subcollectoribus hujusmodi a Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Administratoribus Electis, Abbatibus, Commendatariis, Prioribus, Praepositis, Praepositis, Praelatis, Capitulis, Conventibus, & aliis personis ecclesiasticis praedictis (praeterquam, ut supra exceptis) ratam dicti subsidii eos, & eorum quemlibet, ut praemittitur tangentem petendi, exigendi, & colligendi, eisque, & eorum singulis, ut illam modo praemisso solvant per poenas quoad Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos interdicti, & suspensionis ingressus Ecclesiae; quoad alios vero privationis Beneficiorum Ecclesiasticorum per eos quomodolibet obtentorum, & alias de quibus illis videbitur, etiam pecuniarias, ac demum per sententiam excommunicationis, aliasque censuras ecclesiasticas, ceteraque opportuna juris, & facti remedia mandandi, & praecipendi, contraditores quoslibet, rebelles, & suam ipsius subsidii partem solvere recusantes, seu differentes, & ne illa solvatur persuadentes directe, vel indirecte, per poenas, censuras, & remedia hujusmodi, appellatione postposita compescendi, brachii quoque secularis auxilium, si opus fuerit, ad hoc invocandi, solventes de solutis quietandi, & liberandi a censuris, & poenis, quas praemissorum occasione quomodolibet incurrerint absolvendi, & generaliter omnia, & singula alia in praemissis, & circa ea necessaria, seu quomodolibet opportuna etiam si mandatum exigerent magis speciale, quam praesentibus sit expressum faciendi, gerendi, ordinandi, mandandi, & exequendi plenam, & liberam, auctoritate, & tenore praedictis, facultatem concedimus, & potestatem. Volentes tamen, quod personae Ecclesiasticae ratione subsidii hujusmodi eam tantum quantitatem solvere teneantur, quam ratione similium subsidiorum a fel. recor. Innocentio Papa X. Praedecessore nostro, & Nobis respective concessorum solverunt & nihil amplius, quodque expensa, quae circa exactionem subsidii hujusmodi forsitan faciendae fuerint, in centum millibus scutis praedictis minime computari debeant, sed dictae personae Ecclesiasticae expensas ipsas ultra ratam partem, quam ratione ejusdem subsidii solvere debebunt, etiam persolvere teneantur.
§.3. Non obstantibus quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis etiam in Conciliis universalibus editis, necnon Ecclesiarum, Monasteriorum, Prio-

Contravenitium poena.

Derogatio contrarium.

Prio-

CDXXV.

Prioratum, Ordinum, Congregationum, & Militiarum hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, usibus, & naturis, privilegiis quoque, indultis, exemptionibus, & immunitatibus etiam in corpore, juris clausis, ac Literis Apostolicis Ecclesiis, Monasteriis, Prioratibus, Praepositis, Praelatis, Capitulis, Conventibus, Ordinibus, Congregationibus, & Militiis, aliisque praedictis in genere, vel in specie sub quacumque forma, & verborum expressione a Nobis, & Sede Apostolica, etiam consistorialiter, & motu simili, ac alias quovis modo emanatis, concessis, ac etiam iteratis vicibus confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiam si pro sufficienti eorum derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, & in eis caveatur expresse, quod per hujusmodi clausulas generales eis nullatenus derogatur, nec derogatum esse censeatur nisi sub certo modo, & forma in eis expressis, tenores hujusmodi acti de verbo ad verbum inferrentur, praesentibus pro sufficienter expressis, & insertis, ac modum, & formam ad id servandos pro individuo servatis habentes ad praemissorum effectum, dumtaxat, illis alias in suo robore permanentibus, derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.
§.4. Aut si Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Electis, Administratoribus, Abbatibus, Commendatariis, ceterisque praedictis, & quibusvis aliis communiter, vel divisim ab eadem sit sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per Literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujusmodi mentionem.
§.5. Volumus autem quod juxta Ordinationem in Concilio Viennensi, super hoc editam, calices, libri, & alia ornamenta Ecclesiarum, Monasteriorum, Prioratum, & aliorum Beneficiorum, & piorum locorum sub praesentibus comprehenditorum divino cultui dedicata causa pignoris, vel alias occasione solutionis subsidii hujusmodi nullatenus capiantur, distrahantur, vel occupentur. Quodque earumdem praesentium literarum transumptis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus ex dictis Collectoribus, vel alterius Praelati Ecclesiastici munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra, ubique habeatur, quae ipsis praesentibus haberetur, si forent exhibita, vel ostensa.
Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die tertia Februarii 1663. Pontificatus nostri Anno Octavo.

Quod Fratribus Laicis Congregationis Gallicanae Fratrum Reformatorum nuncupatorum Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum non competit jus suffragandi in electionibus, & receptionibus Novitiorum in Capitulis.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Um sicut dilectus filius Procurator Generalis Congregationis Gallicanae Fratrum Reformatorum nuncupatorum Ordinis SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum Nobis nuper exponi fecit, Fratres Conversi, seu Laici dictae Congregationis se ab eorum Superioribus, & Fratribus Sacerdotibus ejusdem Congregationis voce activa, & jure suffragandi, secundum dispositionem Regulae dicti Ordinis a fel. rec. Innocentio Papa III. Praedecessore nostro specificiter confirmatae Fratribus Clericis, & Laicis aequaliter competente nulliter, & de facto spoliatos esse praetenderit, eaque super re ad Venerabiles Fratres nostros Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositos recursum habuerint, dictus vero Procurator Generalis controversiam hujusmodi a Nobis dirimi summo opere desideret.

Supplicatio.

§.1. Nos ipsum Procuratorem Generalem specialis favore gratiae prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinari, & eorumdem Cardinalium, qui rem partibus auditis mature examinarunt, ac discusserunt, consilio, Fratribus Laicis hujusmodi non competere jus suffragandi in electionibus, & receptionibus Novitiorum auctoritate apostolica tenore praesentium declaramus, ac decernimus, & ita posterum servari mandamus, & praecipimus.

Decretum, confirmat.

§.2. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari; Sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula.

§.3. Non obstantibus in contrarium alatis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit,

Contrarius derogat.

O o 2

Transumptum fides.

Dat. die 3. Febr. 1663. An. VII.

fit, prædictorum Ordinis, & Congregationis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptio- rum fides.

§.4. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. die 10. Febr. 1663. An.VIII.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 10. Febr. 1663. Pontificatus nostri Anno VIII.

CDXXVI.

Ex Regest. in Secret. Brev.

Confirmatio Decreti circa prohibitionem erectionis novorum Conventuum in Provincia Aragonie Ordinis Fratrum S. Francisci de Observantia.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Motiva.

§.1. Alias pro parte dilecti filii Bernardini Saeton Fratris, ac Procuratoris Provincie Aragonie, Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita exposito, quod dudum considerato per se recordat. Clementem Papam VIII. Prædecessorem nostrum in Provincia Carthagenensi dicti Ordinis, licet angusta, triginta tres, & ex illis octo Fratrum Recollectorum, Conventus contineri; Provinciam vero Sanctorum Joannis Baptistæ, & Josephi in eisdem Regione circuitu septem Conventus habere, aliosque de novo erigere, unde seculares prægravabantur; dicti autem Recollecti elemosynis quotidianis vivere nequibant, sed a puritate Regulæ recedere cogebantur, elemosynas ad sui sustentationem accumulando, quinimmo ob Conventuum multitudinem necesse illis erat Novitios omnis generis recipere, ipse Clemens Prædecessor, ut his, aliisque inconvenientibus occurreret, ordinaverat, ne ex tunc in posterum edificari posset ullus Conventus prope alios erectos intra spatium quatuor, vel quinque leucarum, prout in eisdem Clementis Prædecessoris Lite-

ris die 11. Julii 1601. desuper expeditis uberius dicitur contineri.

Et in eadem expositione subjuncto, quod in præfata Provincia Aragonie eadem imo majora nascebantur inconvenientia cum illa intra minoris Regionis spatium viginti septem Conventus, & duo Oratoria contineret, & ex illis quinque Recollectorum regulam in illis pure observantium; necnon septendecim Conventus Fratrum Minorum Ordinis ejusdem Sancti Francisci Cappuccinorum nuncupatorum in eisdem Regni ambitu, & quamplures alii diverforum Ordinum mendicantium, Reformatorum, atque Discalceatorum Conventus reperirentur, ex quibus & seculares valde gravabantur, & quamplurimæ ob novarum fundationum præntiones tam inter seculares, quam inter Clericos, & Regulares oriebantur discordiæ, cum maximo regularis disciplinæ detrimento, ac etiam populorum scandalo. Ideoque per præfatum Bernardinum dictæ Congregationi supplicato, ut ordinaret, ne in dicta Provincia, seu Regno ad ullam Conventuum, Domorum, sive Hospitiorum tam Fratrum Cappuccinorum, quam aliorum Regularium erectionem, seu illorum retentionem deveniri posset infra spatium quinque leucarum, prope alios erectos sine illorum consensu, & absque expressa Sedis Apostolicæ licentiâ, prout similiter pro Provincia Burgenfi, & Granatenfi ordinatum fuisse idem Bernardinus assererat: emanavit ab eadem Congregatione Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet:

Decretum Sacre Congr.

Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita; attentis, naratis, censuit, & decrevit servandam esse formam, ac tenorem memorati Brevis san. mem. Clementis VIII. etiam in Provincia Aragonie Ordinis hujusmodi: ideoque ne dum Fratribus Cappuccinis, sed etiam aliis cujuslibet Ordinis Regularibus novorum Conventuum, Hospitiorum, seu Domorum, & sub quovis titulo habitationum erectionem absque Sedis Apostolicæ licentiâ contra tenorem dicti Brevis in præfata Provincia esse prohibendum, & interdicendum, prout harum serie, prohibet, & interdicat, contrariis quibuscumque non obstantibus. Romæ 12. Januarii 1663.

M. Cardinalis Ginettus

E. Episcopus Camerinen. Secr.

Loco * Sigilli.

§.2. Cum autem, sicut dictus Bernardinus Nobis nuper exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi pro illius firmitate subsistentia Apostolicæ confirmationis nostre patrocinio communiti summopere desideret; Nos ipsum Bernardinum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit,

fit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, decretum præsertum auctoritate apostolica, tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis, apostolicæ firmitatis robur adiicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate præfate Congregationis Cardinalium.

Clausula.

§.3. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari, ac ab illis respective inviolabiliter observari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contraria tollit.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 12. Febr. 1663. An.VIII.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die duodecima Februarii 1663. Pontificatus nostri Anno VIII.

CDXXVII.

Ex Regest. in Secret. Brev.

Jubilæum ad divinam opem implorandam.

ALEXANDER PAPA VII.

Universis Christianis fidelibus presentes literas inspecturis salutem, & apostolicam benedictionem.

Exordium.

§.1. Omnipotens Deus, Magnus Dominus Noster, cujus sapientiæ non est numerus, infima Mundi minime spernens nostram infirmitatem, & humilitatem ad summum Apostolatus gradum provehere dignatus est, ut ejus solius virtute consilii, iis, quæ in ejus grege, magno pretio empto, remediis indigent, opportune subveniremus. Quapropter Ecclesiæ suæ Nobis creditæ necessitates animadvertentes, ad remedia Nobis divina illius clementia tradita confugere opus esse existimavimus; ad poenitentiam scilicet, orationem, jejunia, & elemosynas; sperantes, quod qui non castigat propter peccata nostra, ad eum conversos benigne respiciet, & communes populi sui supplicantis voces exaudiens, misericordiarum suarum participes reddet. Quamobrem omnes utriusque sexus Christiani paterne in Domino requirimus, & enixe per viscera Misericordiæ Dei Nostræ hortamur, ut convertantur ad Dominum in toto corde, & per salutarem poenitentiam se ab omni vitiorum labe expurgent, peccata sua elemosynis rediment,

ac veteris exuentes, justitiam induant, & sanctitatem, itaut omnes spiritu renovati, adire possimus cum fiducia Sanctuarium Dei, in humilitate cordis, & contritione, & quibus nunc indigemus, auxilia per Jesum Christum Dominum nostrum confestim mereamur, eaque mala, & incommoda, quibus Christiana Respublica premittitur, & pericula, quæ impendent procul ipse avertat, & Ecclesiæ suæ Sanctæ succurrat. Ut autem Christiani fideles unanimes pro exaltatione Sanctæ Matris Ecclesiæ, veræ fidei propagatione, hæresumque extirpatione, Principum Christianorum concordia, & unione, cunctisque Ecclesiæ necessitatibus, ac pro nostra, totiusque Christiani populi salute eo libentius Deum precetur, quo uberius spiritualibus gratiis se refertos esse cognoverint de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli ejus Apostolorum auctoritate confisi ex illa ligandi, atque solvendi potestate, quam Nobis Dominus licet indignis contulit, universis, & singulis utriusque sexus Christianis fidelibus in Alma Urbe degentibus, qui Sancti Joannis in Laterano, Principis Apostolorum, & S. Mariæ Majoris ejusdem Urbis Ecclesias, seu Basilicas, vel Ecclesiarum hujusmodi alteram spatium duarum proximarum hebdomadarum semel saltem visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium devote, ut supra, Deum oraverint, ac quarta, & sexta feria, ac sabbatho alterius ex prædictis hebdomadis jejunaverint, & peccata sua confessi Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in Dominica die immediate sequenti, vel alia die infra eandem hebdomadam reverenter sumpserint, ac pauperibus aliquam elemosynam, prout unicuique suggeret devotio, vel possibilitas, erogaverint; cæteris vero extra Urbem ubicumque degentibus, qui Ecclesias ab Ordinariis locorum, vel eorum Vicariis, seu Officialibus, aut de eorum mandato, & ipsi deficientibus per eos, qui ibi curam animarum exercent, postquam ad eorum notitiam hæc nostra pervenerint designandas, vel Ecclesiarum hujusmodi alteram spatium duorum similiter hebdomadarum a publicatione designationis per Ordinarios, vel eorum Vicarios, seu Officiales, vel alios, ut præfertur, faciendæ decurrendarum, saltem semel visitaverint, ibique, ut supra, oraverint, ac quarta, & sexta feria, ac sabbatho alterius ex hebdomadis hujusmodi jejunaverint, pariterque peccata sua confessi, ac in die Dominica immediate sequenti, vel alia die infra eandem hebdomadam Sanctissima Communionem refecti fuerint, & pauperibus aliquam elemosynam, ut præmittitur, erogaverint, plenissimam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem, sicut in anno Jubilæi visitanti us certas Ecclesias intra, & extra Urbem nostri Prædecessores concedere consueverunt, tenore præsentium concedimus, & elargimur; navigantes vero, & iter agentes, ut cum primum sese ad sua Domicilia receperint supra scriptis peractis, & vi-

Jubilæum in- sicut.

& visitata Ecclesia Cathedrali, vel majore, aut Provinciali loci eorum Domicilii, eandem Indulgentiam consequi possint, & valeant. Regularibus autem personis utriusque sexus, etiam in Claustris perpetuo degentibus, necnon aliis quibuscumque tam laicis, quam ecclesiasticis secularibus, vel regularibus, etiam in carcere, aut captivitate existentibus, vel aliqua corporis infirmitate, seu alio quocumque impedimento detentis, qui supra expressa, vel eorum aliqua prestare nequiverint, ut illa Confessarius ex jam approbatis a locorum Ordinariis ante presentium publicationem, seu approbandis eis in alia pietatis opera commutare, vel in aliud proximum tempus prorogare possit, eaque injungere, quae ipsi poenitentes efficere poterunt pariter concedimus, & indulgemus. Insuper omnibus, & singulis Christianis utriusque sexus tam laicis, quam ecclesiasticis secularibus, & regularibus cujuscumque Ordinis, Congregationis, & Instituti, tam in Urbe praedicta, quam extra eam ubique locorum, ut praefertur, degentibus licentiam concedimus, & facultatem, ut sibi ad hunc effectum eligere possint quemcumque Presbyterum Confessarium tam secularem, quam cujusvis Ordinis, & Instituti regularem ex approbatis, ut praemittitur, a locorum Ordinariis, qui eos ab omnibus excommunicationis, suspensionis, & aliis ecclesiasticis sententiis, & censuris a jure, vel ab homine quavis causa latis, seu inflictis, necnon ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus, & delictis quantumvis gravibus, & enormibus, etiam locorum Ordinariis, sive Nobis, & Sedi Apostolicae etiam in literis die coenae Domini legi solitis contentis, & alias per quascumque nostras, aut Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrorum Constitutiones, quarum tenores presentibus haberi volumus pro expressis quomodocumque reservatis in foro conscientiae, & hac vice tantum absolvere, & liberare valeant, & insuper vota quaecumque religionis, & castitatis exceptis, in alia pia, & salutaria opera commutare, injuncta tamen eis, & eorum cuilibet in supradictis omnibus casibus poenitentia salutari, aliisque ejusdem Confessarii arbitrio injungendis. Quapropter tenore presentium in virtute sanctae obedientiae districte praecipimus, & mandamus omnibus, & quibuscumque Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ecclesiarum Praelatis, ac quibuscumque Ordinariis locorum ubicumque existentibus, & Officialibus, vel aliis deficientibus illis, qui curam animarum exercent, ut cum presentium literarum transumpta, aut exempla etiam impressa acceperint, illa statim absque ulla mora, retardatione, vel impedimento, per suas Ecclesias, & Dioeceses, Provincias, Civitates, Oppida, Terras, & loca publicari faciant, Ecclesiamque, seu Ecclesias visitandas detineant, ne alias ulterius presentium literarum executio protrahatur. Non

intendimus autem per presentes super aliqua irregularitate publica, vel occulta, nota, defectu, incapacitate, seu inhabilitate quoquomodo contracta dispensare, vel aliquam facultatem tribuere dispensandi, seu habilitandi, & in pristinum statum restituendi, etiam in foro conscientiae, neque etiam easdem presentes iis, qui a Nobis, & Apostolica Sede, vel ab aliquo Praelato, seu Judice Ecclesiastico excommunicati, suspensi, & interdicti, seu alias in sententias, & censuras incidisse declarati, vel publice denunciati fuerint, nisi infra tempus dictarum duarum hebdomadarum satis fecerint aut cum partibus concordaverint, ullo modo suffragari posse, aut debere. §.2. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus apostolicis, praesertim, quibus facultas absolvendi in certis tunc expressis casibus ita Rom. Pont. pro tempore existenti reservatur, ut nec etiam similes, vel dissimiles indulgentiarum, & facultatum hujusmodi concessionem, nisi de illis expressa mentio, aut specialis derogatio fiat, umquam suffragari queant, necnon regula nostra de non concedendis Indulgentiis ad instar, ac quorumcumque Ordinum, & Congreg., sive Institutorum Regularium, etiam juramento, confirmatione Apostolica, seu quavis firmitate alia robotatis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis eisdem Ordinibus, Congregationibus, & Institutiis, illorumque personis quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores presentibus pro sufficienter expressis, & formam in eis traditam pro servata habentes, hac vice specialiter, nominatim, & expresse, ad effectum presentium derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. §.3. Ut autem presentes nostrae, quae ad singula loca deferri non possunt, ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus, ut earundem presentium transumptis, vel exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis, ubique locorum, & gentium, eadem prorsus fides habeatur, quae haberetur ipsis presentibus, si forent exhibita, vel ostensa. Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die decimasexta Februarii 1663. Pontificatus nostri Anno VIII.

Contrariis derogat.

Transumptis danda fides.

Dat. die 16. Febr. 1663. An. VIII.

De-

CDXXVIII.

Ex Reg. in Secret. Bras.

Confirmatio Decreti Congreg. Episc. & Regularium, quo statuitur, ne posthac in Provincia Mediolanen. Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia ad Fundationes novorum Conventuum, ne dum Fratrum Reformatum Observantiae S. Francisci, verum etiam cujusvis alterius Ordinis Mendicantium procedi possit, nisi servata a Conventibus dd. Fratrum Minorum distantia decem Milliarium Mensurae illarum partium.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio

§.1. Nuper pro parte dilectorum filiorum Ministri Provincialis, & totius Definitorii Provinciae Mediolanen. Fratrum Minorum Ordinis Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita exposito, quod licet Fratres reformati nuncupati ejusdem Provinciae Mediolanen. plures Conventus, quam aliae Provinciae Reformatae in Lombardia, Dominio Reipublicae Januen., Etruria, Marchia Anconitana, ac Umbria, & Regno Neapolitano consistentes habere reperirentur, ipsi Fratres reformati nihilominus novos sui instituti Conventus in locis, ubi tam Fratres Minores de Observantia, quam Cappuccini eleemosynas pro sustentatione Religiosorum in eorum respective Conventibus degentium quere-re solent, erigi procurare non cessabant, nunc hos, nunc illos inquirendo; Et in eadem expositione subjuncto, quod si novi Conventus hujusmodi erigerentur, Religiosi in Conventibus jam erectis eo numero, quo ad obeunda divina obsequia requirunt sustentari nequirent; Ideoque ad evitandum tam grave praedictum per eosdem exponentes praefatae Cardinalium Congregationis supplicato, ut quemadmodum ipsa Congregatio pro Bergen., Granaten., & Aragoniae per diversa Decreta, & felic. record. Clemens Papa VIII. Praedecessor noster pro Carthaginen., Provinciae Fratrum Minorum de Observantia, dicti Ordinis per quasdam suas in simili forma Brevis Literas mense Januar. 1601. expeditas respective in simili casu providisse, seu decrevisse reperirentur, ita quod in praemissis, seu alias opportune provideret: emanavit ab eadem Congregatione Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet. Sacra Congregatio Eminentissimorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita, ad quam Sanctissimus Dominus noster antescrptas preces remisit ad hoc, ut in posterum Provinciae

Decretum Sacrae Congreg.

hujusmodi tranquillitati, & paci consolatur, & discordiis, litibusque pracludatur aditus, audito Procuratore Generali Ordinis, statuit, & decrevit, ne post hac in dicta Provincia ad fundationem novorum Conventuum nedom Fratrum Reformatum Observantiae Sancti Francisci, verum etiam cujusvis alterius Ordinis Mendicantis procedi possit, nisi servata a Conventibus Oratorum distantia decem milliariorum mensurae illarum partium. Et ita harum vigore decrevit, servarique mandata, ac praecipit, contrariis quibuscumque non obstantibus. Romae 26. Januarii 1663. M. Card. Ginettus.

E. Episcopus Camerinen. Secret. Loco signi.

§.2. Cum autem, sicut praefati Minister Provincialis, & Definitorium Nobis subinde exponi fecerunt, ipsi decretum hujusmodi pro firmiori illius subsistentia, & observatione Apostolicae confirmationis nostrae patrocinio communiri summopere desiderant: Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, decretum praesertim auctoritate apostolica, tenore presentium, confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis apostolicae firmitatis robor adiciimus, salva tamen semper in praemissis auctoritate praefatae Congregationis Cardinalium.

Decretum praefatum confirmat.

§.3. Decernentes easdem presentes literas semper firmas validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari; Sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definituri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausulas apostolicas.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Contrariis tollit.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris die decimasexta Februarii 1663. Pontificatus nostri Anno VIII.

Dat. die 16. Febr. 1663. An. VIII.

Con-

Ex Regest. in
S. rei. Brev.

Confirmatio Statuti super uniformitate habitus Congregationis Vallis Umbrosæ, & Silvestrinæ.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio.

§.1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Abbas Generalis Congregationis Vallis Umbrosæ, ac Silvestrinæ Ordinis S. Benedicti, quod cum per nostras in simili forma Brevis Literas, per quas Congregationes Monachorum Vallis Umbrosæ, & Silvestrinorum in unam conjunximus, & univimus, inter alia caveatur expresse, ut Constitutiones ambarum Congregationum, hujusmodi a dicto Abbate Generali, & aliis per easdem Literas deputatis revideantur, & ad congruentem tertiam formam reducantur, ipse Abbas Generalis, & Deputati præfati habitis desuper pluribus congressibus, inter alia Statutum ediderant tenoris, qui sequitur, videlicet.

Statutum.

§.2. Cum nostrum sit omni studio in eam curam incumbere, ut Constitutio super unione Congregationum Vallis Umbrosæ, & Silvestrinæ a Sanctissimo Domino Nostro in commune bonum Religionis non ita pridem edita suum in omnibus fortiat effectum, & proinde Monachi omnes sub uno capite in unam Congregationem jam redacti in cunctis uniformiter procedant; hæc vero uniformitas propter fulvum, & intermedium colorem, quo huc usque usi sunt, vix servari possit, imo & Monachi Vallis Umbrosæ inter se, & Silvestrini a Silvestrinis sepe sæpius discrepent: idcirco præcipimus, ut omnes, & singuli nostræ Congregationis Monachi, dimisso habitu memorati coloris, imposteriorum nigris tantum incedant vestibus, ut sic appareant esse Monachi unius, & ejusdem Congregationis, ac propterea laneum collare album supra vestem gestent, ut reliquos Monasticos Ordines imitentur, atque in Caputii Cuculle, ac Vestium structura eadem prorsus ab omnibus servetur forma, & in Superiori, & inferiori labio, & mento aliquantulum deferant barbæ omni prorsus curiositate, & vanitate rejecta, atque interdita.

§.3. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, dictus Abbas Generalis Statutum hujusmodi Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desideret: Nos ipsius Abbatis Generalis votis in præmissis favorabiliter annuere volentes, ipsumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innotatus exiit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censes, supplicationibus ejus nomine No-

bis super hoc humiliter porrectis inclinati, Statutum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiciamus, ac omnes & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper intervenerint, supplemus.

§.4. Decernentes statutum præinsertum, ac præsentem literas semper firma, valida, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, inviolabiliter observari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus omnibus, & singulis illis, quæ in Literis nostris prædictis volumus non obstare, caterisque contrariis quibuscumque.

§.5. Volumus autem, ut earumdem præsentium Literarum transcriptum, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in iudicio, quam extra illud adhibeatur, quæ ipsimet præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 20. Febr. 1663. Pontificatus nostri Anno VIII.

CDXXX.

Confirmatio, & quatenus opus sit Innovatio Brevium Pii IV., & in eis relatarum, necnon Pii V. Literarum ad favorem Domus, seu Hospitalis, ac Archiconfraternitatis, & Monasterii Sanctissimæ Annunciationis Neophytorum, & Cathecumenorum de Urbe, cum Decreto, quod Gregorii XV., aliisque super exemptorum privilegiis emanatæ Constitutiones Apostolicæ, quoad impediendum liberum exercitium jurisdictionis tam spiritualis, quam temporalis in Domo, seu Hospitali, ac Monasterio prædictis Cardinali Protectori pro tempore existenti per Brevia prædicta concessum nequaquam locum habeant &c.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Illius, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum vices, licet immeriti, gerentes in terris, ex debito pastoralis officii Nobis commissi circa statum omnium Christianissimorum, & præsertim eorum, qui ex Judaica cecitate ad veri luminis agnitionem, Deo donante, conversi, divinis obsequiis sese sub suavi

Statutum præinsertum confirmatur.

Decretum irritans.

Contraria tollit.

Transumptum fides.

Dat. die 20. Febr. 1663. An. VIII.

Ex Regest. in Secretis. Brev.

Proccernitur.

religionis jugo devoverunt, ac Christianæ caritatis, & aliis pietatis operibus sedulo incumbunt, propensis studiis intendimus, ac illorum felici regimini, & gubernio salubriter providere latagemus, sicut in Domino cognoscimus expedire.

§.1. Exposuit siquidem Nobis nuper dilectus filius noster Benedictus tituli Sancti Honuphrii Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis Odeschalcus nuncupatus, modernus Domus, seu Hospitalis ac Archiconfraternitatis, & Monasterii Sanctissimæ Annunciationis Neophytorum & Cathecumenorum de Urbe apud Nos, & Sedem Apostolicam Protector, quod licet dudum postquam felic. rec. Pius Papa IV. Prædecessor noster per quoddam suas in simili forma Brevis die 23. Januar. 1560. expeditas Literas indulta, privilegia, & gratias a diversis Romanis Pontificibus suis, nostrisque Prædecessoribus Domui, seu Hospitali, ac Archiconfraternitati, & Monasterio prædictis concessa Apostolica auctoritate approbaverat, & confirmaverat, emanaverit ab eodem Pio Prædecessore alia pariter in forma Brevis Literæ tenoris, qui sequitur, videlicet.

Conf. Pii IV.

Pius Papa Quartus, Ad perpetuam rei memoriam. Cum inter ceteras Romani Pontificis, qui Christi vices gerit in terris, sollicitudines, illa potissimum ipsius animum urgeat, ut eos, quos Satana perfidia a Christi fide alienat, ad Ecclesiæ gremium reducat, decet eum his sæpè, quæ per Prædecessores suos in Neophytorum commodum provide facta, & concessa dicantur, Apostolici muniminis adiacere firmitatem, ac illa, ut inde optatum consequantur effectum, indulgentiis, & peccatorum remissionibus Christiani fideles ad id alluciendo, favoribus prosequi oportunis.

Expositio.

§.2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Præpositus, Administrator, Rector, Gubernator, & Economist, Ministri, & alia personæ Archiconfraternitatis Judeorum Hæbreorum, & Infidelium conversorum Alma Urbis nostræ, quod cum alias felic. record. Paulus Papa III. Prædecessor noster, postquam intellexerat nonnullos Hæbreos, seu Judæos divinitus inspiratos tenebrosam cœcitatem qua tunc detinebantur abjecisse, & ad veri luminis cognitionem conversos Sacro Baptismatis Fonte absolutos fuisse, ac ob diversâ munera, & gratias ex Sedis Apostolicæ benignitate eis concessa, quam plurimos alios Hæbreos, seu Judæos, simili accensus desiderio eadem cœcitatē abjicere, & ipsum verum Dei lumen agnoscere desiderare. Cumque in dicta Urbe nullus locus existeret, in quo ipsi ex Judaica cœcitate ad Christi fidem conversi recipi valerent, idem Paulus Prædecessor supplicationibus sibi tunc pro parte dilecti filii Joannis de Torano Rectoris Parochialis Ecclesiæ Sancti Joannis de Mercato Regionis Campitelli dictæ Urbis desuper porrectis inclinatus, eidem Joanni unum Monasterium pro puellis, & unum Hospitale sub Sancti Josephi, seu alia, de qua eadem Joanni videretur invocatione, pro viris Judæis, & aliis pro tempore ad Christi fidem convertendis, prope Ecclesiam Sancti Joannis præfatam in loco ad tunc designato ex bonis sibi a Deo collatis, & Christianissimæ eleemosynæ concessis, & concedendis construi faciendi licentiam, & facultatem concesserit, & postquam constructa fuerit in Monasterium, & Hospitale eorumdem Judæorum conversorum sine alicujus præjudicio perpetuo crexerit, illisque pro illorum dote bona quæcumque illis eroganda, & relinquenda perpetuo applicaverit, & appropriaverit; Ac in Monasterio, & Hospitali præfatis unam Archiconfraternitatem, quæ caput omnium aliarum Confraternitatum, & Hospitalium, Monasteriorum, & aliorum locorum conversorum hujusmodi ubilibet pro tempore institutorum, & erectorum instituendo, ipsas eadem Archiconfraternitati immediate subjecerit, & membra ab ea fecerit dependentia, ita quod Confraternitates, Monasteria, Hospitalia, ac loca ad usum hujusmodi, ut præfertur, constructa, ipsam Archiconfraternitatem in aliqua saltem reverentia singulis annis recognoscere tenerentur, necnon Confratribus Monasterio, Hospitali, ac Ecclesiæ prædictis, illorumque Administratoribus, Gubernatoribus, Rectoribus, & Economistis, Ministris, Conversisque, & aliis personis pro tempore, ac existentibus, seu de illis, ac Monasteriis, & Hospitalis prædictorum fabrica curam aliquam habentibus: Nec non tam personis inibi pro tempore decedentibus, seu aliquid de bonis suis prædictis operibus relinquentibus, quod omnibus, & singulis privilegiis, exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, indulgentiis etiam plenariis, ac peccatorum remissionibus, & aliis gratis spiritualibus imagini Sancti Salvatoris ad Sancta Sanctorum, & Charitatis, & Corporis Christi, Sacramenti, & Campi Sancti Confraternitatis, Archihospitali Sancti Jacobi in Augusta, & Sancti Spiritus in Saxia Hospitali dictæ Urbis, cæterisque Hospitalibus, & Confraternitatibus suis eadem Urbe consistentibus, & Fabricæ Principis Apostolorum dictæ Urbis, illiusque Deputatis, & eorum, ac Beatæ Mariæ de Populo, Consolationis, Sancti Joannis Baptistæ Florentinorum, & ejusdem Campi Sancti, aliisque ejusdem Urbis Ecclesiis, ac illa, & illis visitantibus, vel illorum Benefactoribus, eorumque Administratoribus, & Guardianis, Rectoribus, & Economistis generalibus, & aliis personis similem curam in eis fumentibus, ac Judæis & conversis quibuscumque etiam per eundem Paulum, & quoscumque alios Romanos Pontifices etiam Prædecessores suos, ac Sedem eandem hæcenus quomodolibet concessis, & in futurum concedendis: quæ omnia, & Literas desuper concessas præfatus Paulus Prædecessor haberi voluit pro expressis, & quibus illa, illi, & illa ute-

bantur
P p

bantur poterant, & gaudebant, ac uti, potiri, & gaudere poterant quomodolibet in futurum, Archiconfraternitas, illiusque Confratres, Monasterium, tunc construendum Hospitale, & Ecclesia, illorumque Administratores, Familiares, Ministri, Economi, & alie persone similem curam inibi fumentes, & illa visitantes ac eis benefacientes ex tunc, & in perpetuum uti, potiri, & gaudere quomodolibet libere, & licite valeret, in omnibus, & per omnia perinde acsi Monasterio, & Hospitali, ac Ecclesie, & Confratribus predictis, illorumque Rectoribus, Administratoribus, Gubernatoribus, Economis, Servitoribus, Familiaribus, Ministris, & Conversis, & illis personis, ac illa visitantibus, & eis beneficentibus pro tempore specialiter & expresse concessa fuissent, & in futurum concederentur: Necnon Presbyteris quibuscumque, qui in Monasterio, seu Hospitali, aut Ecclesia predictis quocumque tempore celebrarent, & pro quibus iidem Presbyteri inibi celebrarent, & orarent eadem Indulgentias, & peccatorum remissiones, quae celebrantibus in Scala Caeli, & trium fontium nuncupatorum, Monasteriorum S. Francisci de Observantia, & Cisterciensium respective Ordinum extra muros dictae Urbis, necnon Cappella in Prespepe Domini sita in Ecclesia Beatae Mariae Majoris de Urbe praedicta, ac animabus, pro quibus iidem Presbyteri celebrarent, & orarent concesserit, & indulserit, ac Indulgentias, privilegia, Indulta, exemptiones, immunitates, libertates, & alias concessiones, remissiones huiusmodi ad illos, illas, & illa extenderit, prorogaverit, & ampliaverit, quodque pro tempore existentes Praepositi, & Administrator, Rector, Gubernator, Economi, Ministri, & Conversi, aliaeque persone praefatae Indulgentias, privilegia, Indulta, exemptiones, immunitates, libertates, aliasque concessiones, & remissiones huiusmodi, & ac festo, in quibus, & causis, propter quas illa consequi deberent, ad eorum beneficentium publicari facere, & elemosynas ipsi per fideles quoslibet illis pro tempore largiendas recipere, & personas ad huiusmodi elemosynas colligendas deputare, ac quilibet Confrater, aliaeque persona Archiconfraternitatis, Monasterii, & Hospitalis Confratrum Presbyterorum, & Conversorum huiusmodi quemcumque Presbyterorum secularem in suum possent eligere Confessorem, qui eos, & eorum, quemlibet a quibuscumque casibus quantumcumque gravibus, etiam in quintero Cancellariae Apostolicae in dictis Literis expressis, ac etiam Apostolicae Sedi reservatis absolvere, & Confessionale, & Altare portatile iuxta formam, & Literas praedictas habere possent licentiam, & facultatem concesserit. Eiusdemque Archiconfraternitatis Confratribus pro tempore existentibus vere poenitentibus, & confessis, seu statutis a iure temporibus confitendi propositum habentibus, qui in eisdem

Sancti Iosephi, & Nativitatis Domini nostri Iesu Christi, seu aliis per Praepositum, Administratores, & Gubernatores ad id nominandis festis, seu diebus a primis Vesperis, usque ad occasum solis sequentis diei Monasterium, & Hospitale, ac Ecclesiam huiusmodi devote visitarent, & pro praemissis operibus manus adiutrices iuxta eorum arbitrium porrigerent plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, ac Jubileum, & remissionem in Domino misericorditer elargitus est, cum decreti, mandati, derogationis, aliisque clausulis, prout in ipsius Pauli Praedecessoris Literis: quarum ac privilegiorum, exemptionum: Indulgentiarum, & Indultorum transumptis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Protectoris, aut alterius persone in dignitate Ecclesiastica constituta, seu alicujus Curiae Ecclesiasticae munitis, eandem prorsus fidem adhiberi voluit, quae ipsis originalibus Literis adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensa, eisdem post viginti annos quoad Indulgentiam plenariam, & remissionem praedictam minime valituris, & aliis in forma motus proprii in Camera Apostolica praedicta recepti, & admitti; Quas Nos, omniaque, & singula privilegia, exemptiones, praerogativas, Indulta, Indulgentias, aliaeque in eis contenta praemissorum, & aliorum intuitu ex certa scientia cum decreti, mandati, derogationis, aliisque clausulis confirmavimus, approbavimus, & innovavimus, prout in nostris in simili forma Brevis literis plenius continetur.

§. 3. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat dilecta in Christo Julia Columna Nobis Mulier Romana terrena in caelestia, & transitoria in aeterna, felici commercio commutare cupiens, postquam quamdam domum in dicta Religione Campitelli eiusdem Almae Urbis nostrae consistentem Confraternitati Annunciationis Beatae Mariae Virginis in Ecclesia eiusdem Beatae Mariae Virginis super Minervam insituta sub certis modo, & forma, ac inibi expressis conditionibus donaverat, & concesserat eiusdem Confraternitatis Confratres donum huiusmodi Virginibus Neophitis, & ad Orthodoxam Iesu Christi fidem conversis, etiam sub nonnullis conditionibus, ac modo, & forma tunc specificatis etiam donaverit, & concesserit, prout in Instrumentis, seu scripturis desuper confectis latius dicitur contineri, & dictae Virgines, seu earum aliqua ut Iesu Christo Dei filio earum Sponso, qui est speciosus forma praefiliis hominum magis placere, & Altissimo purius, & sincerius famulari possent in eadem domo unum Monasterium Virginum Neophytarum Ordinis Praedicatorum Sancti Dominici sub regula Sancti Augustini construi facere, & sub eiusdem Annunciationis Beatae Mariae Virginis Invocatione per Nos erigi desiderat; Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut huic honesto eorum desiderio satisfacere, aliaque in praemissis opportune providere de benigni-

benignitate Apostolica dignemur. Nos attendentes praemissa omnia in praefati Pauli Praedecessoris, & nostrae intentionis executionem tendere, eoque firmiori robore, & pleniori gratia gaudere, ac frui debere, quo major, & uberius fructus ex illis provenit pium huiusmodi opus confovere, & eisdem Virginibus in sancto eorum desiderio paterno affectu providere, ac eas spirituali gratiae favore prosequi volentes, ac dictae Confraternitatis huiusmodi singulares personas a quibuscumque excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes: Necnon Literarum ipsius Pauli Praedecessoris, ac Instrumentorum, & Scripturarum huiusmodi uberiores tenores praesentibus pro expressis habentes eiusdem Archiconfraternitatis Confratribus, ut in eadem Domo unum Ordinis praedicti Monasterium cum Ecclesia, Campanilis, Cymbalis, Campanis, Coemeterio, Dormitorio, Refectorio, Claustro, Hortis, hortaliis, & Officinis, aliisque necessariis Superioris dicti Ordinis, vel cuiusvis alterius licentia minime requisita constitui, & edificari facere libere, & licite possint, & valeant, Apostolica auctoritate tenore praesentium indulgemus; Et postquam convenienti clausura munitum fuerit Monasterium illud sub invocatione eiusdem Annunciationis Beatae Mariae Virginis pro perpetuo usu, & habitatione Priorissae, & Monialium, seu Virginum Neophytarum Ordinem praefatum profiteri volentium, ad electionem dilecti filii nostri Joannis Michaelis tit. Sanctae Anastasiae, Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyteri Cardinalis Saraceni nuncupati moderni, & pro tempore existentis Societatis Cathecumenorum, & Neophytorum, & ad fidem Christi convertorum, Protectoris perpetuo introducendarum, & iuxta regularia dicti Ordinis instituta recipiendarum, quae inibi sub regulari observantia, & perpetua clausura, & sub cura, visitatione, correctione, administratione, superioritate, ac jurisdictione tam in spiritualibus, quam in temporalibus eiusdem moderni, & pro tempore existentis Protectoris Altissimo famulentur, perpetuo erigimus, & instituiamus, ac illi sic erecto pro eius dote omnia, & singula bona, oblationes, & elemosynas, aliaeque pia subsidia, per quoscumque Christi fideles largienda, & donanda perpetuo applicamus, & appropriamus, praefatasque Virgines, quae in dicta domo nunc existunt, & quae habitum Monachalem suscipere possunt, ac volunt, aliaque pro tempore in praedicto Monasterio introducendas per Protectorem praedictum, aut alium ab eo ad id suo arbitrio deputandum velari, & habitum praedictum, sicut praemittitur, illis imponi posse volumus, & concedimus; dictumque

Monasterium, ac illius Priorissam, & Moniales, seu Virgines, & illius personas, ac bona quaecumque nunc, & pro tempore existentia ab omni cuiuscumque alterius jurisdictione, superioritate, cura, correctione, visitatione, dominio, potestate; necnon a solutione quarumcumque decimarum, ac cuiuscumque subsidii, Gabelle, & cuiusvis alterius ordinis, tam ordinarii, quam extraordinarii ex quacumque causa, etiam urgentissima, etiam per Nos, & Successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, ac Sedem, & Camera praefatam, & quoscumque alios quomodolibet impositis, & imponendis eadem auctoritate penitus eximimus, & liberamus. Nobisque, & eidem Sedi, ac Joanni Michaeli Cardinali, & pro tempore existenti Protectori praefato immediate subicimus, ipsumque Joannem Michaeli Cardinalem, & pro tempore existentem domus Cathecumenorum, & Neophytarum praedictarum Protectorem in eisdem Monasterio sic erecti Protectorem eligimus, & deputamus; sibi, & per se, seu quemcumque Catholicum Antistitem Priorissam, & Moniales Monasterii praefati benedicere, & velare, ac quaecumque Statuta, Ordinationes, & Capitula felix regimen, & prosperum statum Monasterii, & illius personarum huiusmodi concernentia, licita, & honesta, ac Sacris Canonibus non contraria condere, illaque, si opus fuerit mutare, alterare, cassare, ac alia de novo edere, quae postquam edita fuerint dicta auctoritate apostolica confirmata esse censeantur, ac eidem Monasterio, ac illius Priorissae, & Monialibus, & Virginibus, personisque pro tempore existentibus, & singulis privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, praerogativis, facultatibus, concessionibus, indultis, indulgentiis, & gratiis, aliisque caeteris dicti Ordinis Monasteriis quomodolibet in genere, vel in specie, ac communitative concessis, & quibus Monasteria, & loca, ac personae huiusmodi utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, etiam atque principaliter perinde acsi eidem Monasterio, ac illius personis originaliter concessa essent, & concedentur uti, potiri, & gaudere libere, & licite possint, & valeant eisdem auctoritate, & tenore concedimus, & indulgemus; Et insuper de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi omnibus, & singulis utriusque sexus Christianis fidelibus vere poenitentibus, & confessis, seu confitendi a iure temporibus propositum habentibus, qui Monasterii praedicti Ecclesiam in eiusdem Annunciationis, Conceptionis, Nativitatis, Purificationis, Assumptionis, aliisque eiusdem Beatae Mariae Virginis, necnon Nativitatis, Resurrectionis, Ascensionis eiusdem Salvatoris, & omnium Sanctorum respective festivitatum, ac commemorationis defunctorum diebus a primis vespere, usque ad occasum